

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Speculum Quaestionum moralium, in universam  
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Peroratio ad lectorem

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

# PERORATIO AD LECTOREM.

Consilium  
autoris de po-  
liticalis, cur ni-  
mum in a-  
liud tempus  
eorum tracta-  
tionem distu-  
lerit, secus  
quam olim  
promiserat.

Quos hic no-  
ster autores  
habuerit.

Cum reieci  
sit et inspi-  
xit scriptores.

**P**OLLICITVS sum nuper (benigne  
lector) me de Ethicis & politicis qua-  
stionibus librum in lucem editurum:  
& sanè iam, ut vides partem officij mei  
pro viribus absoluti: Partem dico, quia  
politicas questiones, ut decreueram, amicorum consilio  
persuasus non attigerim. Cum enim animaduerterint  
illi me vigilantiū & laboriosius in singula capita Ethicis  
corum portius commentariolos scripsisse quam breviter  
ac persuctorè quasiunculas attigisse, ne pretium gra-  
uius, aut volumen maius, aut deniq; ipsum opus cōfusius  
esset, oppido persuaserūt, ut politica ab Ethicis, sicut  
Arist. olim fecit, distinguerem: vtq; illorum editionem  
in aliud differerent tempus. Rationem mutati cōsiliū vi-  
des vnum nanc saperest, vt id etiā intelligas, quo nam  
autores in hisce meis lucubrationibus sequutus fue-  
rim. Horum nomina non recensere grauabor: In prima  
ergo classe Thomam, Existratium & Boetium nomino.  
In secunda Fabrum, Buridanum, & Borreum. In ter-  
tia Odonem, Burleum, & suum Donatum: In postre-  
ma Iohannem de Celaia, Iohannem Scotum, & vnum  
satis amarum fortasse nomine, subtilem tamē ingenio  
Gilbertum Crab: His ex recentioribus ac neotericiis Pe-  
trum Martyrem, Danaum & Theodorum Zungerum  
addidi. Si mireris, cur tot spinos, barbaros, & obscu-  
ros, qui in primo nominantur loco, perlegerim, respon-  
deo

## Peroratio ad Lectorem.

deo, ut olim Lucius Crassus de Ennio (quem semper manibus triuissse dicitur) me in istoru sacerore aurum inuenisse. Nam ut sub aurea veste aliquando sis: am, ita sub fordino pallio aliquando gemmam sapientiae videas, Mallem ergo virum carentem voce, quam vocem carentem arte. Non enim in verborum sono, sed in terum ipsarum eloquentia sensu vera consistit sapientia. at sapientiam profecto te tua, quam nuerunt isti. Quare ut laboriosi artifices non sunt cōtempnendi, qui non in suum, sed in totius reipubl. vsum ex altrisimis visceribus terra aurum adhuc ruditus, gemmas que ludo fortasse oblitas effoderūt, ita quidē isti literatissimi viri, qui in studio exhaustis proculdubio viribus effosserūt nobis gemmas bonarū artiū dederint, pro asinus & Thomas mancipiūs naturā certissimè non haberentur. Multi ho defendit. die cum audiāt nomen Thomae, supercilia statim cōtrahunt, & distorquent labia, sed si isti serio vnam vel alteram questionem in illo sine praeiudicata sententia legerint, detraheat palca purissimum granum, sublata scoria aurum splendidissimum forsitan innenisse dixerint. Ex illo & alijs quos notavi, ut vides studiose lector, summa omnium questionum in Ethisis contraxi, & vt Gemmarius rudiore lima, ne rubigo appareat, per polui: omnes equidem neruos pro otio, quod mihi datum fuit, nō sine aliqua valetudinis iactura contendit, ut tibi prosim: hoc vnum à te solum iterum atque iterum peto, ut sicut in hoc opere labore me non effugisse senserūt, ita tuam erga me charitatem languere non patiaris.

## L A V D E S D E O

Xx RERV'M

